

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Biblia, lat**

**Menardus <Eisnacensis>**

**[Basel], 8. Sept. 1477**

Exo Di

[urn:nbn:de:bsz:31-295433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295433)

plus filioꝝ israhel multꝝ. ⁊ fortioꝝ nob̄ ē.  
 Venite sapientē opprimamꝝ eū. ne forte mul-  
 tiplicet: ⁊ si ingruerit oꝛa nos bellū: addat  
 inimicis nostris: expugnatisq; nob̄. egredi  
 aꝛ de terra. Preposuit itaq; eis magistros  
 operū vt affligerent eos oneribꝝ. Edifica-  
 uerūtq; vrbes tabnaculoꝝ pharaoni. phi-  
 ton. ⁊ ramasses. Quātoq; opprimebāt eos  
 tanꝝomāgis multiplicabant. ⁊ crescebant  
 Derantq; filios israhel egiptij. et affligebāt  
 illudentes ⁊ inuidētes eis. atq; ad amaritu-  
 dinē pducebant vitā eoz opibꝝ duris luti  
 ⁊ lateris: omniq; famulatu quo iꝛerre ope-  
 ribꝝ premebant. Dixit autē rex egipti ob-  
 stetricibus hebreoz: quarū vna vocabat̄  
 sephora. altera phua: ꝑcipiens eis. Quādo  
 obstetricabitis hebreas: ⁊ partus tempus  
 aduenerit: si masculꝝ fuerit interficite eū:  
 si femina reseruate. Timuerūt autē obste-  
 trices deū: ⁊ non fecerūt iuxta ꝑceptū reḡ  
 egipti: sed cōseruabant mares. Quibꝝ ac-  
 ceritis ad se rex ait. Quid nā ē hoc qđ fa-  
 cere voluistis: vt pueros seruaretis? Que  
 respōdit. Nō sūt hebreæ sicut egiptie mu-  
 lieres. Ipse em̄ obstetricādi habet scientiā  
 et priusq; vniām ad eas pareūt. Bene ḡ  
 fecit dñs obstetricibꝝ: ⁊ creuit plus: ofor-  
 tarusq; est nimis. Et qz timuerūt obstetri-  
 ces deū: edificauit eis domos. Precepit ḡ  
 pharao omni populo suo dicēs. Quicquid  
 masculini sexꝝ natū fuerit i flumē ꝑicite:  
 quicquid feminini reseruate. CA. II.

Egressus est post h̄ vir de domo leui.  
 ⁊ accepit vxorē stirpis sue: q̄ conce-  
 pit ⁊ peperit filiū: ⁊ vidēs eum ele-  
 gantē. abscondit tribus mētibꝝ. Cūq; iā  
 celare nō posset. sūpsit fiscellā scirpeam. ⁊ li-  
 niuit eam bitumine ac pice: posuitq; intus  
 infantulū: ⁊ exposuit eū i carecto ripe flumi-  
 nis: stante ꝑcul sorore eiꝝ ⁊ cōsiderante euē-  
 tū rei. Ecce autē descēdebat filia pharaonis  
 vt lauaret̄ in flumine: ⁊ puella eiꝝ gradie-  
 bant̄ ꝑ crepidinem aluei. Que cuꝝ vidisset  
 fiscellā in papirione: misit vnā e famulabꝝ  
 suis ⁊ allatā aperies cernēsq; in ea puulum  
 vagientē: miserta eiꝝ ait. De infantibꝝ he-  
 breoz est hic. Cui soroz pueri: vis inq̄t vt  
 vadā. ⁊ vceꝝ tibi mulierē hebreā. q̄ nutri-  
 re possit infantulū: Rōdit. Vade. Derrexit  
 puellā: ⁊ vocauit matrē suā. Ad quā locū

ta filia pharaonis: accipe ait puerū istū: et  
 nutri mihi ego dabo tibi mercedē tuā. Su-  
 scēpit mulier ⁊ nutriuit puerū: adultumq;  
 tradidit filie pharaonis. Quē it̄ a adopta-  
 uit in locū filij: vocauitq; nomē eiꝝ moyses  
 dicēs: qz de aqua tuli eū. In diebꝝ illis post  
 qđ creuerat moyses egressꝝ est ad fratres  
 suos: viditq; afflictionē eoz: ⁊ virū egipti-  
 um ꝑcutientē quēdā de hebreis fratribꝝ  
 suis Cūq; cōspexisset huc atq; illuc. ⁊ nullū  
 adesse vidisset: ꝑcussum egiptiū abscondit  
 sabulo. Et egressus die altero. cōspexit du-  
 os hebreos rixātes: dixitq; ei qui faciebat  
 iniuriam. Quare ꝑcutis ꝑximū tuū? Qui  
 respōdit. Quis cōstituit te ꝑncipē ⁊ iudicē  
 sup nos? Nū occidere me tu vis. sicut heri  
 occidisti egiptiū? Timuit moyses et ait.  
 Quomodo palā factū est verbū istud? Au-  
 diuitq; pharao vrbū istud: ⁊ querebat occi-  
 dere moysen. Qui fugiens de cōspectu eiꝝ  
 moratus est in terra madian: ⁊ sedit iuxta  
 puteū. Erāt autē sacerdoti madian septem  
 filie q̄ venerāt ad hauriēdā aquā: ⁊ impletis  
 canalibꝝ. adaq; cupiebant greges ꝑris  
 sui. Supuenerē pastores: ⁊ ciecerunt eas.  
 Surrexitq; moyses ⁊ defensis puellis ada-  
 quauit oues earū. Que cū reuertissent ad  
 ietro ꝑrem suū: dixit ad eas. Cur velocius  
 venistis solito? dixerūt. Vir egiptiꝝ libera-  
 uit nos de manu pastoz. Insuper ⁊ hausit  
 aquā nobiscū: potūq; dedit ouibus. At ille  
 vbi est inquit? Quare dimisistis hominē?  
 Vocate eū vt comedat panem. Iurauit ḡ  
 moyses qđ habitaret cum eo. Accepitq; se-  
 phorā filiā eius vxorē: q̄ peperit ei filiū: quē  
 vocauit iersan. dicēs. Aduena fui in terra  
 aliena. Alterū vero peperit quē vocauit eli-  
 ezer. dicēs. Deus em̄ ꝑris mei adiutor me-  
 us: ⁊ eripuit me de manu pharaonis. Post  
 multū vero temporis mortuꝝ ē rex egipti.  
 Et ingemiscētes filij israhel ꝑpter opa v-  
 ciferati sunt. Ascenditq; clamoz eoz ad de-  
 um ab operibus: ⁊ audiuit gemitū eoz: ac  
 recordatus ē federis qđ ꝑcepit cū abrahā  
 ysaac. ⁊ iacob. Et respexit dñs filios israhel: et  
 cognouit eos. CA. III.

Moyse autē pascebat oues ietro so-  
 ceri sui. sacerdotis madian. Cūq;  
 mimasset gregē ad interiora deserti:  
 venit ad mōtē dei oreb. Apparuitq; ei dñs

in flama ignis de medio rubi: et videbat quod  
 rubus arderet et non combureretur. Dixit ergo  
 moyses. Vadam et videbo visionem hanc mag-  
 nam: quare non oburat rubus. Cernens autem  
 dominus quod properaret ad videndum: vocavit eum de me-  
 dio rubi: et ait Moyses moyses. Qui respon-  
 dit assum. At ille. Non appropies inquit  
 huc. Solue calciamentum de pedibus tuis. Lo-  
 cus enim in quo stas: terra sancta est. Et ait  
 Ego sum deus patris tui: deus abraam. et deus  
 ysaac. et deus iacob. Abscondit moyses faci-  
 em suam. Non enim audebat aspicere contra  
 deum. Cui ait dominus. Vidi afflictionem populi mei in  
 egipto: et clamorem eius audivi: propter durici-  
 am eorum quod prestantur operibus. Et scies dolorem eius.  
 descendi ut liberem eum de manibus egiptiorum:  
 et educam de terra illa: in terram bonam et spaci-  
 osam: in terram que fluit lacte et melle: ad loca  
 chananei. et ethi. et amorrei. et pheresei. et  
 euei. et iebusei. Clamor ergo filiorum israel venit  
 ad me: vidi quoque afflictionem eorum. que ab egipti-  
 is opprimuntur. Sed veni et mittam te ad pha-  
 raonem: ut educas populum meum filios israel de  
 egipto. Dixitque moyses ad deum. Quis sum  
 ego ut vadam ad pharaonem: et educam fili-  
 os israel de egipto? Cui dixit ei. Ego ero te-  
 cum: et hoc habebis signum quod miserim te. Cum  
 eduxeris populum meum de egipto: imolabis deo  
 super montem istum. Ait moyses ad deum. Ecce  
 ego vadam ad filios israel: et dicam eis. Deus  
 patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerit mi-  
 hi quod est nomen eius: quid dicam eis? Dixit  
 dominus ad moysen. Ego sum que sum. Ait. Sic  
 dices filiis israel. Cui est: misit me ad vos.  
 Dixitque iterum deus ad moysen. hec dices fi-  
 liis israel. Dominus deus patrum vestrorum. deus abra-  
 am. et deus ysaac. et deus iacob. misit me ad  
 vos. Hoc nomen mihi est in eternum: et hoc  
 memoriale meum in generationem et generationem  
 vade et congrega seniores israel: et dices ad  
 eos. Dominus deus patrum vestrorum apparuit mihi:  
 deus abraam. et deus ysaac. et deus iacob. di-  
 cens. Visitans visitavi vos. et vidi omnia que  
 acciderunt vobis in egipto: et dixi ut educam  
 vos de afflictione egipti. in terram chananei  
 et ethi. et amorrei. et pheresei. et euei. et ieb-  
 usei. ad terram fluentem lacte et melle: et audi-  
 ent vocem tuam. Ingredierisque tu. et senio-  
 res israel. ad regem egipti: et dices ad eum. Do-  
 minus deus hebreorum vocavit nos. Ibimus

via trium dierum in solitudinem: ut imolem  
 domino deo nostro. Sed ego scio quod non dimittet  
 vos rex egipti ut eatis: nisi per manum vali-  
 dam. Extendamque manum meam et percutiam  
 egiptum in cunctis mirabilibus meis. que facturum  
 sum in medio eorum: post hoc dimittet vos da-  
 boque gratiam populo huic coram egiptiis. Et cum  
 egredimini. non exhibitis vas: sed postula-  
 bit mulier a vicina sua. et ab hospita sua:  
 vasa argentea et aurea ac vestes. ponetisque  
 eas super filios et filias vestras: et spolia bi-  
 tis egiptum. CA. III.

Espondens moyses. ait. Non credent  
 mihi: neque audient vocem meam: sed  
 dicent. non apparuit tibi dominus. Dixit ergo  
 ad eum. Quid est quod tenes in manu tua? Re-  
 spondit virga. Dixitque dominus. Projice eam in  
 terram. Projecit: et versa est in colubrum: ita  
 ut fugeret moyses. Dixitque dominus. Extende  
 manum tuam: et apprehende caudam eius. Exten-  
 dit. et tenuit: versaque est in virgam. Ut cre-  
 dant inquit quod apparuerit tibi deus patrum  
 tuorum. deus abraam. et deus ysaac et deus iacob  
 Dixitque dominus rursum. Mitte manum tuam in sinum  
 tuum. Quam cum misisset in sinum: protulit lepro-  
 sam ad instar niuis. Retrahe ait manum tuam  
 in sinum tuum. Retraxit. et protulit iterum: et erat  
 similis carni relique. Si non crediderit inquit  
 tibi. neque audierint sermonem signi prioris:  
 credent verbo signi sequentis. Quod si nec duobus  
 quidem hijs signis crediderint. neque audierint  
 vocem tuam: sume aquam fluminis et effunde eam su-  
 per aridam: et quecunque hauseris de fluvio. verte-  
 tur in sanguinem. Ait moyses. Obsecro domine  
 non sum eloquens ab heri et nudius tertius: et ex  
 quo locutus es ad servum tuum: impedioris  
 et tardioris lingue sum. Dixit dominus ad eum  
 Quis fecit os hominis. aut quis fabricatus est  
 mutum et surdum. videntem et cecum? Nonne ego?  
 Perge igitur et ego ero in ore tuo: doceboque  
 te quid loquaris. At ille. obsecro inquit domine  
 mitte quem missurum es. Iratus dominus in moy-  
 sen ait. Aron frater tuus leuites. scio quod elo-  
 quens sit. Ecce ipse egredietur in occursum tu-  
 um: videntemque te letabitur corde. Loquere ad  
 ad eum et pone verba mea in ore eius: et ego ero  
 in ore tuo et in ore illius: et ostendam vobis quod  
 agere debeatis. Et ipse loquetur pro te ad populum:  
 et erit os tuum: tu autem eris eius in his que ad de-  
 um pertinent. Virgamque hanc sume in manu

tua: in qua factur⁹ es signa. Abiit in ophys  
 ⁊ reuert⁹ est ad ietro socerū suū. Dixitq;  
 ei. Vadam ⁊ reuertar ad fr̄es meos i egip-  
 tū: vt videam si adhuc viuāt Cui ait ietro.  
 Vade in pace Dixit ḡ dñs ad moysen i ma-  
 dian. Vade ⁊ reuertere in egiptū. Mortui  
 em̄ sunt omnes q̄ querebāt animā tuā Tu  
 lit ḡ moyses vxorem suam et filios suos. et  
 imposuit eos sup̄ asinū: resersusq; est i egi-  
 ptū. portās virgam dei in manu sua. Dixit  
 q; ei dñs reuertenti in egiptū. Vide: vt oīa  
 ostenta que posui in manu tua facias corā  
 pharaone. Ego indurabo cor eius: ⁊ nō di-  
 mittet pplm. Dicesq; ad eū. Idē dicit dñs  
 filius meus p̄mogenit⁹ isrl. Dixi tibi. Di-  
 mitte filiū meū vt seruiat mihi: et noluisti  
 dimittere eum. Ecce ego interficiā filium  
 tuū p̄mogenitū. Cūq; esset in itinere i di-  
 uersorio. occurrit ei dñs: ⁊ volebat occide-  
 re eū. Tulit ilico sephora acutissimā petrā:  
 ⁊ cūcidit p̄pueriū filij sui. Tetigitq; pedes  
 eius. ⁊ ait. Sponsus sanguinum tu mihi es.  
 Et dimisit eū postq̄ dixerat: sponsus sāgui-  
 nū tu mihi es: ob circūcisionē. Dixit autē  
 dñs ad aarō. Vade in occursum moysi i de-  
 sertū. Qui prexit obuiā ei in montem dei: ⁊  
 osculatus est eū. Narrauitq; moyses aarō  
 oīa verba dñi: p̄ quib; miserat eū. et signa  
 que mādauerat. Venerūtq; simul ⁊ egre-  
 gauerūt cūctos seniores filioꝝ isrl: locut⁹  
 q; est aaron omnia verba q̄ dixerat dñs ad  
 moysen: ⁊ fecit signa corā p̄lo: ⁊ credidit  
 popul⁹. Audierūtq; q̄ visitasset dñs filios  
 isrl ⁊ q̄ respexisset afflictionē illoꝝ: ⁊ prom-  
 adrauerūt. CA. V.

Dist h̄ ingressi sunt moyses ⁊ aarō  
 ⁊ dixerūt pharaoni. Idē dicit dñs  
 deus israhel. Dimitte populū meū  
 vt sacrificet mihi in deserto. At ille respon-  
 dit. Quis est dominus. vt audiā vocē ei⁹.  
 ⁊ dimittā isrl. Nescio dñm ⁊ isrl n̄ dimittā.  
 Dixerūtq; De⁹ hebreoꝝ vocauit nos. vt  
 eam⁹ viā triū dierū i solitudinē ⁊ sacrificem⁹  
 dño deo n̄ro. ne forte accidat nobis pestis  
 aut gladi⁹. Ait ad eos rex egipti. Quare  
 moyses et aarō sollicitatis pplm ab operib;  
 suis. Ite ad onera v̄ra. Dixitq; pharao.  
 Multus est plus terre. Videtis q̄ turba  
 succreuerit: quātomag; si dederitis eis req̄e  
 ab opib;. Precepit ḡ i die illo p̄fectis op-

um: ⁊ exactorib; ppli dicēs. Ne q̄q; vlt̄ da-  
 bitis paleas p̄lo ad cōficiendos lateres si-  
 cut p̄us: sed ipsi vadant. ⁊ colligant stipu-  
 las: ⁊ mensurā laterum quā p̄us faciebāt:  
 imponetis super eos. nec minuetis quicq;  
 Vacant em̄: ⁊ idcirco vociferant: dicētes.  
 Eamus ⁊ sacrificemus deo n̄ro. Opprimat  
 operib; ⁊ expleant ea: vt nō acquiescāt ver-  
 bis mendacib;. Igit̄ egressi p̄fecti operū  
 ⁊ exactores. ad pplm dixerūt. Sic dicit pha-  
 rao. Non do vobis paleas. Ite ⁊ colligite si-  
 cubi inuenire poteritis: nec minuet̄ quicq;  
 de opere v̄ro. Dispersusq; est plus in omnē  
 terrā egipti: ad colligendas paleas. Dre-  
 facti q; operū instabāt. dicētes. Cōplete  
 opus v̄m quotidie: vt p̄us facere soleba-  
 tis quā dabant vobis palee. Flagellatiq; sūt  
 q̄ p̄erāt operib; filioꝝ isrl: ab exactoribus  
 pharaonis dicentib;. Quare nō implestis  
 mensurā laterū sicut p̄⁹: nec heri nec hodie.  
 Venerūtq; p̄positi filioꝝ isrl: ⁊ vociferati  
 suūt ad pharaonem dicētes. Cur ita agis  
 oīa seruos tuos. Dalee nō dant nobis: et  
 lateres similit̄ imperant. En famuli tui fla-  
 gellis cedimur: ⁊ iniuste agit̄ oīa populū  
 tuū. Qui ait. Vacatis ocio: ⁊ idcirco dici-  
 tis. Eamus et sacrificemus dño. Ite ḡ et  
 operamini. Dalee nō dabunt vobis: ⁊ red-  
 detis cōsuetū numerū laterū. Videbātq; se  
 p̄positi filioꝝ isrl in malū: eo q̄ dicerēt eis  
 non minuet̄ quicq; operis de laterib; p̄ sin-  
 gulos dies. Decurrerūtq; moysi ⁊ aaron q̄  
 stabāt ex aduerso. egredientes a pharaōe:  
 ⁊ dixerūt ad eos. Videat dñs ⁊ iudicet: quā  
 fetere fecistis odore nostrū corā pharaone  
 ⁊ seruis eius: ⁊ pbuistis ei gladiū vt occide-  
 ret nos. Reuersusq; est moyses ad dñm. et  
 ait. Dñe: cur afflixisti populū istū. Quare  
 misisti me. Ex eo enim q̄ ingressus sum ad  
 pharaonē vt loq̄rer ex noīe tuo. afflixit po-  
 pulū istū ⁊ nō liberaisti eos. CA. VI.

Ixitq; dñs ad moysen. Nūc vide-  
 bis q̄ facturus sum pharaoni. Det  
 manū em̄ forte dimittet eos: et in  
 manu robusta eiciet illos de terra sua. Lo-  
 cutusq; est dñs ad moysen dicēs. Ego dñs  
 qui apparui abraam. ysaac. ⁊ iacob. in deo  
 omnipotēte: ⁊ nomē meū adonay n̄ indica-  
 ui eis. Depexiq; fedus euz eis: vt darē eis  
 terrā chanaa: terrā pegrinationis eoz. in

qua fuerunt aduene. Ego audiui gemitum filiorum israel quo egyptij opprēsserunt eos: et recordatus sum pacti mei. Ideo dic filiis israel. Ego dominus qui educam vos de ergasculo egyptiorum: et eruam de seruitute. ac redimam in brachio excelso et iudicij magnis: et assumam vos mihi in populum: et ero vobis deus. Et scietis quia ego sum dominus deus vester qui eduxerim vos de ergasculo egyptiorum: et induxerim vos in terram super quam leuavi manum meam. vt darem eam abraam. ysaac. et iacob: daboque illam possidendam vobis. ego dominus. Narrauit ergo moyses omnia filiis israel: quod non acceperunt ei: propter angustiam spiritus. et opus durissimum. Locutusque est dominus ad moysen dicens. Ingredere et loquere ad pharaonem regem egypti. vt dimittat filios israel de terra sua. Respondit moyses coram domino. Ecce filij israel non audiunt me. Et quomodo audiet pharao. presertim cum incircūcisus sim labijs. Locutusque est dominus ad moysen et aaron: et dedit mandatum ad filios israel et ad pharaonem regem egypti. vt deducerent filios israel de terra egypti. Isti sunt principes domorum per familias suas. filij ruben primogeniti israelitis: enoch et phallu. estrom et charmi. Iste cognationes ruben. filij symeon: iamuel. et iami. et aod. et lachim. et soer. et saul filij chananitidis. Iste cognationes symeon. Et huiusmodi filiorum leui. per cognationes suas: gerson. et caath. et merari. Anni autem vite leui fuerunt centum triginta septem. filij gerson: lobni. et semei. per cognationes suas. filij caath: aram et ysuar. et hebron. et oziel. Anni quoque vite caath centum triginta tres. filij merari: mooli et mus. Iste cognationes leui. per familias suas. Accepit autem amram uxorem iochabeb patruelem suam: quae peperit ei aaron. et moysen. et maria. fueruntque anni vite amram centum triginta septem. filij quoque ysuar: chore et naphleg. et zechri. filij quoque oziel: misael et elisaphan et sechri. Accepit autem aaron uxorem elisabeth filiam aminadab. sororem naalon: quae peperit ei nadab. et abiu. et eleasar. et ythama. filij quoque chore: aser. et helchana. et abiasab. Iste sunt cognationes choritarum. At uero eleazar filius aaron accepit uxorem de filiabus phutiel: quae peperit ei phinees. Ibi sunt principes familiarum leuiticarum per cognationes suas. Iste est aaron et moyses: quibus precepit dominus

vt educerent filios israel de terra egypti. per turmas suas. Ibi sunt qui loquuntur ad pharaonem regem egypti: vt educant filios israel de egipto. Iste est moyses et aaron: in die quo locutus est dominus ad moysen in terra egypti. Et locutus est dominus ad moysen dicens. Ego dominus. Loquere ad pharaonem regem egypti. omnia que loquor tibi. Et ait moyses coram domino. En incircūcisus labijs sum. Quomodo audiet me pharao? CA. VII.

Itaque dominus ad moysen. Ecce ostendit tibi deum pharaonis: et aaron frater tuus erit propheta tuus. Tu loquaris ei omnia que mando tibi: et ille loquetur ad pharaonem: vt dimittat filios israel de terra sua. Sed ego indurabo cor eius. et multiplicabo signa et ostenta mea in terra egypti: et non audiet vos. Immittamque manum meam super egiptum et educam exercitum meum et populum meum filios israel de terra egypti. per iudicia maxima. Et scient egyptij. quia ego sum dominus. qui extendi manum meam super egiptum: et eduxerim filios israel de medio eorum. fecit itaque moyses et aaron sicut preceperat eis dominus. ita egerunt. Erat autem moyses octoginta annorum. et aaron octoginta trium: quando locuti sunt ad pharaonem. Dixitque dominus ad moysen et aaron. Cum dixerit vobis pharao ostendite nobis signa: dices ad aaron. Tolle virgam tuam. et proiice eam coram pharaone: ac vertat in colubum. Ingressi itaque moyses et aaron ad pharaonem. fecerunt sicut preceperat dominus. Tulitque aaron virgam coram pharaone et seruis eius quae versa est in colubum. Vocauit autem pharao sapientes et maleficos: et fecerunt etiam ipsi per incantationes egyptiacas et archana quedam similiter. Proieceruntque singuli virgas suas: quae verse sunt in dracones. Sed deuorauit virga aaron: virgas eorum. Induratumque est cor pharaonis: et non audiuit eos sicut preceperat dominus. Dixit autem dominus ad moysen. Ingrauatum est cor pharaonis: et non vult dimittere populum. Vade ad eum mane. Ecce egredietur ad aquas. Et stabis in occursum eius super ripas fluminis: et virga que versa est in draconem tolles in manu tua: dicesque ad eum. Dominus deus hebreorum misit me ad te dicens. Dimitte populum meum vt sacrificet michi in deserto: et vsque ad presens audire

me inoluisti. Hec igitur dicit dominus. In hoc scies quod sum dominus. Ecce percussit virga que in manu mea est aquam fluminis: et vertet in sanguinem. Disces quoque qui sunt in fluuio morientur: et computrescet aqua: et affligent egyptii bibentes aquam fluminis. Dixit quoque dominus ad moysen. Dic ad aaron. Tolle virgam tuam: et extende manum tuam super aquas egypti: et super fluuios eorum: et riuos et paludes: et omnes lacus aquarum: ut vertantur in sanguinem: et sit cruor in omni terra egypti: et in ligneis vasis que in saxeis. Fecerunt quoque moyses et aaron: sicut preceperat dominus. Et eleuans virgam: percussit aquam fluminis coram pharaone et seruis eius: que versa est in sanguinem: et pisces qui erant in flumine mortui sunt. Computruit quoque fluuius: et non poterant egyptii bibere aquas fluminis: et fuit sanguis in tota terra egypti. Fecerunt quoque similitudo malefici egyptiorum in incantationibus suis. Et induratum est cor pharaonis: nec audiuit eos sicut preceperat dominus. Avertit quoque se et ingressus est domum suam: nec apposuit cor etiam hac vice. Foderunt autem omnes egyptii per circuitum fluminis aquam ut biberent. Non enim poterant bibere aquam fluminis. Impletique sunt septem dies: postquam percussit dominus fluuium. CA. VIII.

Exiit quoque dominus ad moysen. Ingredere ad pharaonem: et dices ad eum. Hec dicit dominus. Dimitte populum meum: ut sacrificet michi. Si autem nolueris dimittere: ecce ego percussam omnes terminos tuos ranis: et ebulliet fluuius ranas: qui ascendent et ingredientur domum tuam et cubiculum lectuli tui et super stratum tuum et in domos seruorum tuorum: et in populum tuum: et in furnos tuos: et in reliquias ciborum tuorum: et ad te et ad populum tuum et ad omnes seruos tuos intrabunt ranas. Dixit quoque dominus ad moysen. Dic ad aaron. Extende manum tuam super fluuios et super riuos et paludes: et educ ranas super terram egypti. Et extendit aaron manum super aquas egypti: et ascenderunt ranas operueruntque terram egypti. Fecerunt autem et malefici per incantationes suas similitudo: eduxeruntque ranas super terram egypti. Vocauit autem pharaon moysen et aaron: et dixit eis. Drate dominum ut auferat ranas a me et a populo meo: et dimittas populum ut sacrificet domino. Dixit quoque moyses ad pharaonem. Constitue michi quando de

preceperit tibi: et pro seruis tuis: et pro populo tuo: ut abigantur rane a te: et a domo tua et a seruis tuis: et a populo tuo: et tantum in flumine remaneant. Qui respondit. Cras. At ille iuxta inquit verbum tuum faciam: ut scias quoniam non est sicut dominus deus noster: et recedent rane a te et a domo tua: et a seruis tuis: et a populo tuo: et tantum in flumine remanebunt. Egressique sunt moyses et aaron a pharaone et clamauit moyses ad dominum per spem ragnarum: quam condixit erat pharaoni. Fecit quoque dominus iuxta verbum moysi: et mortue sunt rane de domibus et de villis: et de agris. Congregaueruntque eas in immensos aggeres: et computruit terra. Videns autem pharaon quod data esset requies: ingratus uauit cor suum: et non audiuit eos sicut preceperat dominus. Dixit quoque dominus ad moysen. Loquere ad aaron. Extende virgam tuam et percute puluerem terre: et sint cimices in uniuersa terra egypti. Feceruntque ita. Et extendit aaron manum: virgam tenens: percussitque puluerem terre: et facti sunt cimices in hominibus et iumentis. Omnis puluis terre versus est in cimices per totam terram egypti. Feceruntque similitudo malefici incantationibus suis: ut educerent cimices: et non potuerunt. Erantque cimices tam in hominibus quam in iumentis. Et dixerunt malefici ad pharaonem. Dignus dei est hic. Induratum est cor pharaonis: et non audiuit eos: sicut preceperat dominus. Dixit quoque dominus ad moysen. Consurge diluculo: et sta coram pharaone. Egredietur enim ad aquas. Et dices ad eum. Hec dicit dominus. Dimitte populum meum: ut sacrificet michi. Quod si non dimiseris eum: ecce ego mittam in te: et in seruos tuos et in populum tuum: et in domos tuas: omne genus muscarum: et implebunt omnes domus egyptiorum muscis diuersi generis et uniuersa terra in qua fuerint. Faciamque mirabilem in die illa terram iessen: in qua populus meus est: ut non sint ibi musce: et scias quoniam ego dominus in medio terre. ponamque diuisionem inter populum meum et populum tuum. Cras erit signum istud: fecit quoque dominus ita. Et venit musca grauissima in domos pharaonis et seruorum eius: et in omnem terram egypti: corruptaque est terra ab huiusmodi muscis. Vocauit quoque pharaon moysen et aaron: et ait eis. Ite: et sacrificate deo vestro in terra hac. Et ait moyses. Non potest ita fieri. Abominatio enim

egiptiorū imolabim⁹ domino deo nostro. Quod si mactauerim⁹ ea quae colunt egyptij corā eis: lapidibus nos obruent. Viam trium dierū pergemus in solitudine: et sacrificabi⁹ domino deo nostro sicut p̄cepit nobis. Dixitq; pharao. Ego dimittā vos vt sacrificetis domino deo vestro in deserto. Verūtā longiusne abeat⁹. Rogate p̄ me. Et ait moyses. Egressus a te orabo dominū: et recedet musca a pharaone. et a seruis suis. et a populo ei⁹ cras. Verūtā noli vlt̄ fallere: vt nō dimittas populū sacrificare domino. Egressusq; moyses a pharaone. orauit dñm. Qui fecit iuxta verbū illi⁹: et abstulit muscas a pharaone et a suis suis. et a populo eius. Nō sup̄fuit nec vna quidē. Et ingrauatū est cor pharaonis: ita vt nec hac quidem vice dimitteret populū.

CA. IX.

¶ Ixit autē dñs ad moysen. Ingredere ad pharaonē: et loquere ad eū. Haec dicit dñs deus hebreorū. Dimitte populū meū: vt sacrificet mibi. Quod si adhuc rēnuis et retines eos: ecce manus mea erit super agros tuos. et sup̄ equos et asinos et camelos. et oues et boues: pestis valde gr̄uis. Et faciet dñs mirabile mē possessiones isrl̄ et possessiones egyptiorū: vt nil omnino p̄reat ex his quae p̄tinēt ad filios isrl̄. Constituitq; dñs tempus dicens. Cras faciet dominus verbū istud in terra. Fecit ḡ domin⁹ verbum hoc altera die: et mortua sunt omnia animalia egyptiorū. De animalibus vero filiorū isrl̄ nichil omnino periit. Et misit pharao ad videndū: nec erat quicquid mortuū d̄ his que possidebat isrl̄. Ingrauatūq; ē cor pharaonis: et nō dimisit populū. Et dixit dominus ad moysen et aaron. Tollite plenas manus cineris de camino: et spargat illum moyses in celū coram pharaone: sitq; puluis sup̄ omnē terram egypti. Erūt em̄ in hominibus et iumentis vlcera et vlcera turgētes in vniuersa terra egypti. Tulerūtq; cinerē de camino. et steterūt corā pharaone: et spāsit illum moyses in celū factaq; sūt vlcera vlcera turgentiū in hominibus et iumentis: nec poterant malefici stare corā moyse p̄p̄t vulnera quae in illis erāt: et in omni terra egypti. Indurauitq; dñs cor pharaonis: et nō audiuit eos sicut locutus ē dñs ad moysē.

Dixit ḡ dominus ad moysen. Mane cōsurge. et sta corā pharaone: et dice s ad eum. Haec dicit dominus de⁹ hebreorū. Dimitte populū meū: vt sacrificet mibi. quia in hac vice mittā omnes plagas meas sup̄ cō tuū. et sup̄ seruos tuos. et sup̄ populū tuū: vt scias quod non sit similis mei in omni terra. Nūc em̄ extendēs manū. pcutiā te et populū tuū peste: peribitisq; de terra. Idcirco autē posui te vt ostendā in te fortitudinem meā: et nā reſ nomē meum in omni terra. Adhuc reſtimes populū meū: et nō vis eū dimittere. En pluuam cras hac ip̄a hora grandinē mlt̄ tam nimis: qualis nō fuit in egipto a die quae fundata est. vsq; in p̄ns temp⁹. Mitte ḡ iā nunc: et congrega iumenta tua. et omnia quae habes in agro. Homines em̄ et iumenta. et vniūsa quae inuenta fuerint foris. nec congregata de agris: cecideritq; sup̄ ea grādo: morientur. Qui timuit verbū domini de seruis pharaonis: fecit ofugere seruos suos et iumenta in domos: quae autē neglexit s̄monē dñi: dimisit v̄uos suos et iumenta in agris. Et dixit dñs ad moysen. Extende manū tuā in celū. vt fiat grando in vniuersa terra egypti: sup̄ homines et sup̄ iumenta. et sup̄ omnem herbam agri in terra egypti. Extenditq; moyses v̄gā in celū: et dñs dedit tonitrua et grādinē ac discurrentia fulgura sup̄ terrā. Pluitq; dñs grandinem sup̄ terrā egypti: et grādo et ignis mixta parit̄ ferebāt. Tāteq; fuit magnitudinis quanta an̄ nūq; apparuit in vniuersa terra egypti ex quae ḡes illa cōdita est. Et p̄cussit grando in omni terra egypti cūcta que fuerunt in agris ab homine vsq; ad iumentū. Cūctaq; herbā agri p̄cussit grādo et omne lignū regionis cōfregit. Tantū in terra iessen vbi erāt filij isrl̄. grādo n̄ cecidit. Misitq; pharao. et vocauit moysen et aaron: dicens ad eos. Deccaui etiā nunc. Dñs iustus: et ego et plus me⁹ impij. Dicit te dñm. vt defināt tonitrua dei et grādo: vt dimittā vos et nequaquā hic vltra maneatis. Ait moyses. Cū egressus fuero de vrbē. extendā palmas meas ad dñm: et cessabūt tonitrua. et grando nō erit: vt scias quod dñi est terra. Noui autē: quod tu et vniū tuū necdum timeatis dñm deū. Lmū ḡ et ordeū lesū ē. eo quod ordeū esset vites. et līmū iam folliculos germinaret. Triticū autē et far nō sūt lesa

qz serotina erāt. Egressusqz moyses a pharaone ex vrbē. tetēdit man⁹ ad dñm; ⁊ cessauerūt tonitrua ⁊ grādo; nec vl̄ stillauit pluuiā sup terrā. Vidēs aut pharao qz cessasset pluuiā ⁊ grādo ⁊ tonitrua auxit peccatū; ⁊ ingrāuatū est cor ei⁹ nimis; nec dimisit isrl̄. sicut p̄cepit dñs p manū moyfi.

CA.

X.

⁊ dixit dñs ad moyse. Ingredere ad pharaonē. Ego em̄ indurauī cō eius ⁊ seruoꝝ illi⁹. vt faciam signa mea h̄ in eo; ⁊ narres in aurib⁹ filij tui ⁊ nepotum tuoz. quoties ostriuerim egiptios et signa fecerim in eis; ⁊ sciatis qz ego dñs. Introierūt ḡ moyses ⁊ aarō ad pharaonē; ⁊ dixerūt ei. Hec dicit dñs deus hebreoz. Vsqz quo nō vis subijci mihi? Dimitte populum meū; vt sacrificet mihi. Sim aut resistis. et nō vis dimittere eū; ecce ego inducāz cras locustam in fines tuos. q̄ operiet supficiem terre ne quicq̄ ei⁹ appareat. sed comedať qd̄ residuū fuerit grādi. Corrodet enim omnia ligna q̄ germinant in agris; ⁊ implebūt domos tuas ⁊ seruoꝝ tuoz; et omniū egiptioꝝ; quantā nō viderūt patres tui ⁊ auī. ex quo orti sunt sup terram. vsqz in presentē diem. Auertitqz se; ⁊ egress⁹ ē a pharaone. Dixerūt aut serui pharaonis ad eū. Vsqz quo patiemur hoc scādalu? Dimitte homines. vt sacrificent dño deo suo. Nōne vides qz perierit egiptus? Reuocauerūtqz moyse ⁊ aarō ad pharaonē. Qui dixit eis. Ite; sacrificate domino deo vestro. Qui nā sunt qui ituri sunt? Ait moyses. Cū puul nostris ⁊ seniorib⁹ pergem⁹; cū filiis ⁊ filiabus. cum ouib⁹ ⁊ armentis. Est em̄ solēmitas domini dei nostri. Et rñdit pharao. Sic dominus sit vobiscū. Quomodo ego dimittāz vos ⁊ puulos vros; cui dubiū ē qz pessime cogitētis. Nō fiat ita; sed ite tm̄ viri ⁊ sacrificate dño. Hec em̄ ⁊ ipsi petistis. Statiqz eieci sunt de cōspectu pharaonis. Dixit aut dominus ad moyse. Extende manū tuam sup terram egipti ad locustam. vt descendat sup terram; ⁊ deuoret omnem herbam q̄ residua fuerit grādi. Et extendit moyses virgam super terram egipti; ⁊ dñs induxit ventū vrentē tota illa die ⁊ nocte. Et mane factō vent⁹ vres leuauit locustas. Qui ascenderūt sup vniuersā terrā egipti; ⁊

federūt in cūctis finib⁹ egiptioꝝ innumera biles; quales ante illud temp⁹ nō fuerant nec postea future sūt. Dperuerūtqz vniuersā supficiem terre; vastantes oia. Deuorata est igit̄ herba terre. ⁊ quicq̄ pomoz in arborib⁹ fuit que grādo dimiserat. Nichil ḡ omnino virens relictuū est in lignis; ⁊ in herbis terre; in cūcta egipto. Quāobzē festinus pharao vocauit moyse ⁊ aarō; ⁊ dixit eis. Peccaui in dñm deū vestrū; ⁊ in vos. Sed nūc dimittite peccatū mihi. etiā hac vice; ⁊ rogate dominū deū vestrum; vt auferat a me mortem istā. Egressusqz est moyses de cōspectu pharaonis; ⁊ orauit dominū. Qui flare fecit ventū ab occidēte vehemētissimū; ⁊ arreptam locustam p̄iecit in mare rubiū. Nō remansit ne vna quidē; in cūctis finib⁹ egipti. Et indurauit dñs cor pharaonis; nec dimisit filios isrl̄. Dixit aut domin⁹ ad moyse. Extēde manū tuam in celū; et sint tenebre sup terrā egipti. tam dēse vt palari queant. Extenditqz moyses manus in celū; ⁊ facte sunt tenebre horribiles in vniuersa terra egipti. Tribus diebus nemo vidit fratrem suū; nec mouit se de loco in quo erat. Vbicūqz aut habitabāt filij isrl̄; lux erat. Vocauitqz pharao moyse ⁊ aarō. ⁊ dixit eis. Ite sacrificate domino. Dues tm̄ vestre ⁊ armenta remaneāt; paruuli vñ eāt vobiscū. Ait moyses. Hostias q̄ et olocauista dabis nobis; q̄ offeramus dño deo nostro. Cūcti greges p̄gent nobiscū. Nō remanebit ex eis vngula q̄ necessaria sūt in cultus domini dei nostri. p̄sertim cū ignozem⁹ qd̄ debeat imolari. donec ad ipm̄ locū peruēriamus. Indurauit aut dñs cor pharaonis; ⁊ noluit dimittere eos. Dixitqz pharao ad moyse. Recede a me; ⁊ caue ne vltra videas faciem meā. Quocūqz die apparueris mihi morieris. Respondit moyses. Ita fiat vt locut⁹ es. Nō videbo vltra faciem tuam.

CA.

XI.

⁊ dixit domin⁹ ad moyse. Adhuc vna plaga tangā pharaonē ⁊ egiptū; ⁊ post h̄ dimittet vos. ⁊ exire cōpellet. Dices ḡ oi plebi; vt postulet vir ab amico suo ⁊ mulier a vicina sua vasa argentea et aurea ⁊ veste. Dabit aut dominus gratiaz populo suo coram egiptiis. fuitqz moyses vir magn⁹ valde in terra egipti. corā suis

pharaonis et omni populo. Et ait. Hec dicit  
 dominus. Media nocte ingrediar in egiptum; et  
 morietur omne primogenitum in terra egiptio-  
 rum a primogenito pharaonis qui sedet in solio  
 eius. usque ad primogenitum ancille que est ad mo-  
 lam; et omnia primogenita iumentorum. Eruntque  
 clamor magnus in universa terra egipti; que-  
 lis nec ante fuit; nec postea futurus est. Apud  
 omnes autem filios israel non mutiet canis. ab ho-  
 mine usque ad pecus; ut sciatis quanto mira-  
 culo dividat dominus egiptios et israel. De-  
 scendentque omnes servi tui isti ad me; et ado-  
 rabunt me dicentes. Egredere tu; et omnis populus  
 qui subiectus est tibi. Post hec egrediemur.  
 Et exiit a pharaone; iratus nimis. Dixit  
 autem dominus ad moysen. Non audiet vos pharao;  
 ut multa signa fiant in terra egipti. Moy-  
 ses autem et aaron fecerunt omnia signa et oste-  
 ta que scripta sunt. coram pharaone; et indura-  
 vit dominus cor pharaonis; nec dimisit filios israel  
 de terra sua. CA. XII.

Exiit ergo dominus ad moysen et aaron in  
 terra egipti. Mensis iste vobis prin-  
 cipium mensium; primus erit in mensibus  
 anni. Loquimini ad universum ceterum filiorum  
 israel; et dicite eis. Decima die mensis huius.  
 tollat unusquisque agnium pro familias et domos  
 suas. Sim autem minor est numerus; ut sufficere  
 possit ad vescendum agnium; assumet vicinum  
 suum qui coniunctus est domui eius; iuxta nume-  
 rum animarum que sufficere possint ad esum agni.  
 Erunt autem agni absque macula; masculi an-  
 niculus. Iuxta quem ritum tolletis et hederum; et  
 servabitis eum usque ad quartadecimam diem  
 mensis huius. Imolabitque eum universa mul-  
 tudo filiorum israel ad vespere; et sument de sa-  
 guine eius. ac ponent super vtrumque postem; et in  
 supliminibus domorum in quibus comedit illud.  
 Et edent carnes nocte illa assas igni; et azi-  
 mos panes cum lactucis agrestibus. Non co-  
 medetis ex eo crudum quid nec coctum aqua.  
 sed assum tamen igni. Caput cum pedibus eius et  
 intestinis vorabitis; nec remanebit quicquam  
 ex eo usque mane. Si quid residuum fuerit;  
 igne comburetis. Sic autem comedetis illud. Re-  
 nes vestros accingetis; et calciameta habe-  
 bitis in pedibus. tenentes baculos in manibus;  
 et comedetis festinantes. Est enim phasce. id est  
 transitus domini. Et transibit per terram egipti no-  
 cte illa; percutiamque omne primogenitum in terra

egipti. ab homine usque ad pecus; et in cunctis  
 dijs egipti. faciam iudicia ego dominus. Erunt autem  
 sanguis vobis in signum in edibus in quibus eri-  
 tis; et videbo sanguinem ac transibo vos; nec  
 erit in vobis plaga disperdens. quando percussero  
 terram egipti. Habebitis autem hunc diem in  
 monumentum. et celebrabitis eam sollempne domino  
 in generationibus vestris. cultu sempiterno. Se-  
 ptem diebus azima comedetis. In die primo  
 non erit fermentum in domibus vestris. Qui-  
 cumque comederit fermentum; peribit anima illa de  
 israel; a primo die usque ad diem septimum. Dies  
 prima erit sancta ac sollemnis; et dies septima  
 eadem festiuitate venerabilis. Nichil operis  
 facietis in eis. exceptis his que ad vescendum  
 pertinent; et observabitis azima. In eadem  
 enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra  
 egipti; et custodietis diem istum in generationes  
 vestras. ritu perpetuo. Primo mense quartadeci-  
 ma die mensis ad vespere comedetis azima;  
 usque ad diem vicequingentesimam eiusdem mensis  
 ad vespere. Septem diebus fermentatum non  
 inueniet in domibus vestris. Qui comederit fer-  
 mentatum. peribit anima eius de cetero israel; tam  
 de aduenis quam de indigenis terre. Domum fer-  
 mentatum non comedetis. In cunctis habitas-  
 culis vestris edetis azima. Vocavit autem moy-  
 ses omnes seniores filiorum israel; et dixit ad eos.  
 Ite tollentes animal pro familias vestras; et  
 imolate phasce. Fasciculusque ysaopi tingite in  
 sanguine qui est in limine; et aspergite ex eo  
 supliminare et vtrumque postem. Nullus vestrum  
 egredietur ostium domus sue. usque mane. Tra-  
 nsibit enim dominus percutiens egiptios. Cumque vi-  
 derit sanguinem in supliminari et in vtroque po-  
 ste transcendet ostium domus; et non finet per-  
 cussorem ingredi domos vestras. et ledere. Cu-  
 stodi verbum istud; legitimum tibi et filiis tuis  
 usque in eternum. Cumque introieritis terram  
 quam dominus deus daturus est vobis. et polli-  
 citus est; observabitis ceremonias istas. Et  
 cum dixerit vobis filij vestri. que est ista reli-  
 gio; dicetis eis. Victimam transiit dominus; et  
 quando transiit super domos filiorum israel in egi-  
 pto. percutiens egiptios. et domos nostras  
 liberans. Incuruatusque populus adoravit. Et  
 egressi filij israel; fecerunt sicut preceperat dominus  
 moyse et aaron. Factum est autem in noctis medio.  
 percussit dominus omne primogenitum in terra egi-  
 pti; a primogenito pharaonis qui in solio eius

sedebat vsq; ad p̄mogenitū captiue q̄ erat  
 in carcere: ⁊ omne p̄mogenitū iumentorū.  
 Surrexitq; pharao nocte ⁊ omnes fui ei⁹.  
 cūctaq; egiptus: et ortus ē clamor magn⁹  
 in egipto. Neq; em̄ erat domus in qua non  
 iaceret mortuus. Vocatisq; pharao moy-  
 se ⁊ aaron nocte. ait. Surgite: egredimini  
 a populo meo vs ⁊ filij isrl. Ite: et imolate  
 domino. sicut dicitis. Dues v̄ras ⁊ armēta  
 assumite vt petieratis. ⁊ abeuntes benedi-  
 cite mihi. Vtgebātq; egiptij populū d̄ tra  
 exire velocit̄ dicentes. Omnes moriemur.  
 Tulit igit̄ populus cōpersam farinā anq̄  
 fermentare. ⁊ ligās in pallijs posuit super  
 humeros suos. fecerūtq; filij isrl: sicut p̄ce-  
 perat dominus moyfi: ⁊ petierūt ab egipti-  
 is vasa argentea ⁊ aurea vestēq; plurimā.  
 Dedit aut̄ dñs gratiā pp̄lo corā egiptijs.  
 vt comodarent eis ⁊ spoliauerunt egipti-  
 os. Profectiq; sunt filij isrl de ramasse in so-  
 chot sexcenta vere milia peditū viroz: ab-  
 sq; puulis ⁊ mulierib⁹. Sed ⁊ vulg⁹ promi-  
 scū innumabile ascēdit cū eis: oues ⁊ armē-  
 ta. ⁊ aiantia diuersi generis multa nimis.  
 Coxerūtq; farinā quā dudū de egipto con-  
 spersā tulerāt: ⁊ fecerūt submericios panes  
 azimos. Neq; em̄ poterat fermētari. cogē-  
 tib⁹ exire egiptijs. ⁊ nullā facere finentiā  
 morā: nec pulmenti quicq; occurrerat ip̄a-  
 rare. Habitatio aut̄ filioz israhel qua mā-  
 serūt in egipto fuit quadringentoz trigi-  
 ta annoz. Quib⁹ expletis: eadē die egress⁹  
 est omnis exercit⁹ domini de terra egipti.  
 Nox ista obseruabilis domini: quāto edux-  
 it eos de terra egipti. Hanc obsuare debēt  
 omnes filij isrl. in gnationib⁹ suis. Dixitq;  
 dñs ad moyse ⁊ aarō. Hec ē religio phase.  
 Omnis alienigena nō comedet ex eo. Dis-  
 cit̄ seru⁹ emptici⁹ circūcidet̄: ⁊ sic comedet.  
 Aduena ⁊ mercenarius nō edent ex eo. In  
 vna domo comedet. nec efferretis de carni-  
 b⁹ ei⁹ foras. nec os illius cōfringetis. Dis-  
 cetis filioz isrl. faciet illud. Nō si q̄s pe-  
 grinoz in vest. im voluerit trāhre coloniā  
 ⁊ facere phase dñi: circūcidet̄ prius omne  
 masculinū eius. ⁊ tūc n̄te celebrabit eritq;  
 sicut indigena terre. Si q̄s aut̄ circūcisus  
 non fuerit: nō vescet̄ ex eo. Eadē lex erit in-  
 digene: et colono q̄ peregrinat̄ apud vs.  
 fecerūtq; oēs filij isrl. sic p̄cep̄at dñs mo-

ysi ⁊ aarō: ⁊ eadem die eduxit filios isrl de  
 terra egipti p̄ turmas suas. CA. XIII.

Deutusq; est dñs ad moyse dicens  
 t̄ Sanctifica mihi omne p̄mogenitū  
 qd̄ aperit vuluā in filiis isrl: tam de  
 hominib⁹ q̄ de iumentis. Mea sūt em̄ omnia  
 Et ait moyses ad pplm. Memento diei  
 huius. in qua egressi estis de egipto ⁊ de do-  
 mo seruitutis: qm̄ in manu forti eduxit vs  
 dñs d̄ loco isto: vt nō comedatis fermēta  
 tū panē. Hodie egredimini. mēse nouarū  
 frugū. Cūq; introduxerit te domin⁹ i ter-  
 ram chananei. ⁊ ethi. ⁊ amozrei. ⁊ euei. et  
 iebusei. quā iurauit patrib⁹ tuis. vt daret  
 tibi terrā fluentem lacte ⁊ melie: celebra-  
 bitis hūc morem sacroz mēse isto. Septē  
 dieb⁹ vesceris azimis: ⁊ in die septimo erit  
 solēntas domini. Azima comedetis septē  
 dieb⁹. Nō apparebit apud te aliqd̄ fermē-  
 tatū: nec in cūctis finib⁹ tuis. Narrabisq;  
 filio tuo i die illo dicens. Hoc ē qd̄ fecit mi-  
 hi dominus: quāto egressus sum d̄ egipto.  
 Et erit q̄si signū in manu tua. et q̄si momi-  
 mentū ante oculos tuos: ⁊ vt lex domini se-  
 per sit in ore tuo. In manu em̄ forti. eduxit  
 te dñs de egipto: vt custodias huiuscemo-  
 di cultuz statuto tempore. a dieb⁹ in dies.  
 Cūq; introduxerit te domin⁹ in terrā cha-  
 nanei. sicut iurauit tibi ⁊ patrib⁹ tuis. ⁊ de-  
 derit tibi eā: separabis omne quod aperuit  
 vuluā domino: et qd̄ p̄mitium ē i pecorib⁹  
 tuis. Quicq; habueris masculini sexus cō-  
 fecerabis domino. Primogenitū asini muta-  
 bis oue: qd̄ si nō redemeris. inficies. Dñe  
 aut̄ p̄mogenitū hominis de filiis tuis: p̄cio  
 redimes. Cūq; interrogauerit te fili⁹ tu⁹  
 cras. dicens. Quid ē hoc crūdebis ei. In ma-  
 nu forti eduxit nos domin⁹ d̄ terra egipti:  
 de domo seruitutis. Nam cū indurat⁹ esset  
 pharao. ⁊ nollet nos dimitte occidit̄ domi⁹  
 oē p̄mogenitū i tra egipti: a p̄mogenito ho-  
 minis vsq; ad p̄mogenitū iumentoz. Idē  
 co imolo domino omne qd̄ aperit vuluā ma-  
 sculini sexus: ⁊ omnia p̄mogenita filioz  
 meoz redio. Er̄t igit̄ q̄si signū i maū tua.  
 et quasi appensū qd̄ ob recordationē ante  
 oculos tuos. eo q̄ i maū forti eduxit vs do-  
 minus d̄ egipto. Igit̄ cū emisisset pharao  
 pplm̄ n̄ eos duxit dñs p̄ viā t̄re philistim.  
 que vicina est: reputans ne forte peniteret

eū. si vidisset abuersū se bella cōsurgere. et reuertere in egiptū: sed circūduxit p viā deserti: que ē iuxta mare rubrū. Et armati ascenderūt filij israhel de terra egipti. Tulit q̄ moyses ossa ioseph secum: eo q̄ adiuuasset filios isrl̄. dicēs. Visitabit vobis deus: efferte ossa mea hinc vobiscū. Profectiq̄ de socho: castrametati sunt in ethan: in extremis finibz solitudinis. Dominus autē pcedebat eos: ad ostendendā viam. p diē in colūna nubis: et p noctē i colūna ignis: vt dux esset iemeris vtroq̄ tempore. Nūq̄ defuit colūna nub̄ p diem. nec colūna ignis p noctem. corā p̄lo. CA. XIII.

Datus est autē dñs ad moysen dicēs. Loquere filiis isrl̄. Reuertite castrametentē e regione si ai roth: que est inter magdalū et mare. cōtra beelsephō. In cōspectu eius castra ponetis sup mare. Diciturūq̄ est pharao sup filiis isrl̄. Coartati sunt in terra cōclusit eos desertū. Et indurabo cor eius: ac persequer vobis: et glorificabor in pharaone: et i omni exercitu ei: scientq̄ egiptij. quia ego sum dñs. fecerūt q̄ ita. Et nūciatū est regi egiptioz: q̄ fugisset p̄lus. Immutatūq̄ est cor pharaonis. et seruoꝝ eius sup p̄lum: et dixerunt. Quid volum⁹ facere: vt dimitterem⁹ isrl̄ ne seruiret nobis? Junxit q̄ currū: et omnē populū suū assūpsit secū. Tulitq̄ sexcentos currus electos. et quicq̄d in egipto currū fuit: et duces totius exercit⁹. Indurauitq̄ dominus cor pharaonis regis egipti: et psecut⁹ est filios isrl̄. At illi egressi erāt i manu excelsa. Cūq̄ psequerēt egiptij vestigia pcedentium: repererūt eos in castris super mare. Omnis equitatus et curr⁹ pharaonis. et vniuersus exercit⁹. erant in si ai roth cōtra beelsephon. Cūq̄ appropinq̄isset pharao. leuātes filij isrl̄ oculos. viderūt egiptios post se: et timuerūt valde. Clamauerūtq̄ ad dominū: et dixerūt ad moysen. Foris ita n̄ erant sepulcra i egipto: ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine. Quid hoc facere voluisti: vt educeres nos ex egipto? Nōne iste est sermo quē loquebamur ad te i egipto. dicētes: recede a nobis. vt seruiamus egiptijs? Multo em̄ melius est seruire eis: q̄ mori in solitudine. Et ait moyses ad populū. Nolite timere. State et videte magnā

